



M. ANTONII  
 SABELLICI,  
 RERUM VENETARUM  
 AB URBE CONDITA,  
 DECADIS QUARTÆ,  
 LIBER I.



Epetebam nuper animo, seduloque me-  
 tiebar longissimam Venetarum rerum se-  
 riem, quam ab urbe condita scribere ag-  
 gressus, ad hæc usque tempora, divina  
 adjutus ope, omnium spe celerius perdu-  
 xi. Ac quum perpetua quadam æmula-  
 tione absolutam eorum omnium, quæ  
 Romani terra marique gessere, in his speciem recognosce-  
 rem; uno tantum bello, atque eodem gravissimo, illi  
 mihi defuncti videbantur, quod in Venetis rebus adhuc  
 requirebam. Nam quod Romanis ab initio Hernici, Ae-

1480  
*Venetarum  
 Romana-  
 rumque re-  
 rum com-  
 paratio.*